



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Calumniæ Societatis apud Friburgensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

cipi extemplo rem ab Societate pro imperio iusserit. Quam agi rem simul emanauit in vulgus Friburgi, ac celeriter fama ad proximos quoque Hæreticos distulit, tū qui in Ciuitate clanculum fouebant nouas superstitiones, tum quidam per caluninias, & obtrectationes fraudulenter induciti, tum Hæretici confines reclamare, obluctari, lapidē mouere omnem, omnia obmoliri, ne Iesuitis nobilem in eam Rempublicā receptus daretur. Perstrepun ergo cūcta sermonibus aduersus nos teterimis. Quæ vñquam, quæ vsquam maligne excogitata, doloseq; edita calumniarū, & probrorum portenta fuerant, excitantur, asperantur, protrahuntur in medium, & alia prognuntur de nouo. Deniq; impigre Satan, eiusque satellites pro suo dimicant Regno, haud quaquā dissimulantes, quam nostrum accessum opibus suis commodum parum ducerent. Igitur ad hæc amolienda impedimenta, vtq; sedatis cum senatus, tum populi animis iter sequituris mox sociis molliter sternetur, opportuna visa est autoritas, sanctitasq; Canisij: cuius tamen ætas sexagenaria, & attrita laboribus videbatur requirere potius in frequenti quopiam socrorum conuentu

q 2

requie-

Calumnies  
ceteratis apud  
Friburgenfet.

*Militum Christi  
militia per-  
petua.*

*Hæreticorum  
in Bonhomium,  
& Canisium  
petulantia.*

*Bonhomij de  
Canisio testi-  
monium.*

*Friburgensium  
in eundem ca-  
ritatem.*

requietem, quam vt cum vno duntaxat comite mitteretur in incertum, ad nouas aliis inter obstantias sedes parandas. Verum tamen Christi militibus non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummauerint tunc incipient. Sola mors missionem date eis. Vnica fides emeritorum est cælum. Ipse met deducendum Dei famulum Bonhomius sumpsit. Dum autem Berna oppido Hæretico transeunt, procax Hæreticorum turba pro Catholicis agnitos contumeliosè accepit: qui & per ludibrium in Oreas Canisij niuem iniecere. Hoc illi auctiores vera gloria Friburgum attigerunt. Hic Bonhomius Canisium Senatu sifstis, impenseque commendat: inter cetera Virum ad eos se duxisse commemorans planè dignum, quæ instar pretiosæ ac sacræ rei haberent, asseruarentque. Haud sanè aliter excepit venerabilem senē, posteaque semper tractauit Senatus, & vniuersa Respublica Friburgensis. Magnifecit eam benignitatem, & dilexit Canisius. Itaq; ipsius ac Friburgensium continuo mirè conciliantur inuicem animi, adeoq; deuinciuntur, vt ad extremum usque pulchro, iucundoq; certamine mutuis semper officiis, caritate, obseruantia, prædicatione con-